



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 68. Osiandri errores in Prussia disseminati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæc. XVI.

A C. 1550.

bat: insuper cum Luthero panem in  
 Cœna admittebat, corpusque adesse reji-  
 ciens cum Zwinglio non nisi signa adstrue-  
 bat: brevi tamen spurii Poloniæ Refor-  
 matores circa articulum de Christo Do-  
 mino Mediatore nostro in diversas scin-  
 debantur sectas; nam Synodi contra  
 Stancarii opinionem infurgebant, plu-  
 res econtra Stancario, quamdiu vita  
 superstes erat, adhærebant, eo autem  
 defuncto Arianæ hæresi nomen dabant.  
 Hic idem Hæreticus varia tam critica,  
 quam Polemica edidit opuscula, in quibus  
 pleno ore calumnias, ac convitia effun-  
 debat in Lutheri, & Calvini Sectatores,  
 qui eidem adversabantur: Porro ipsum  
 quoque impugnabat Stanislaus Oricho-  
 vius edito hanc in rem libro, cui titu-  
 lus: *Chimæra*.

## §. LXVIII.

*Osiandri errores in Prussia disse-  
minati.*

*Burn comm*  
*l. 22 p. 807.*  
*Spond. ad*  
*ann. 1549.*  
*n. 10.*  
*Melchior*  
*Adam l. c.*

Pariter hoc anno nominatus Andreas  
 Osiander Germanus Protestantium  
 Minister suos errores in Prussia divulga-  
 re cæperat. Is natus erat in Bavaria  
 die decima nona Decembris Anno Chri-  
 sti millesimo quadringentesimo nonage-  
 simo octavo: cum autem nomen fami-  
 liæ, ac Patris sui, qui *Hofenänderle* vo-  
 caba-



calatur, ridiculum ei videretur, hinc <sup>Sæcul. XVI.</sup> illud mutavit in *Osiandri* nomen. <sup>A.C. 1550.</sup> Grandior factus linguis, ac Theologiæ primo Wittembergæ, & postea Norimbergæ operam dedit, primusque fuit, qui Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo vigesimo secundo Lutheri doctrinam sermonibus suis divulgabat. De cetero vir erat ex primævo naturæ vitio turbulentus, fastidiosus, ac nonnisi ad verborum contentiones, mordacesque verbositates natus, unde ipsemet Lutherus furiosos ipsius impetus, ex quibus non raro funesta sequebantur diffidia, tolerare haud poterat. Post hæc propter Cæsareum *Interim* Norimberga excedere coactus in Prussiam venit, ubi Alberti Ducis benevolentiam aucupatus in Regiomontana Academia Professor, atque adulterini Evangelii Præco nominatus est. His dignitatibus auctus suam hæresin circa justificationem evomere cæpit, novamque excogitavit doctrinam, qua sibi et ipsi plurimos accersivit adversarios, ac pertinacium, graviumque altercationum ansam præbuit; fuit autem præcipuus illius error, per quem sub añum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum tradidit, *hominem justificari non fide, sed eadem justitia, qua Deus justus est, & quæ ipse est Deus, infunditurque ita hominibus, ut non*



Sæcul. XVI. *fit Christianus gratia justus, sed natura.*  
 A.C. 1550

Suam doctrinam Lutheri opinione fulciri propugnabat, huncque Hæresiarcham ejusdem cum ipso sententiæ fuisse afferebat. Totus denique in eo erat, ut Wittembergenses Theologos lacefferet, hinc illos provocabat, ut ejus propositiones convellerent, si tamen possent: præterea jactitabat, quod sua dogmata contra quoscunque, qui ei adversari auderent, propugnare paratus esset, præcipue vero Melanchtonem alias Virum pacis amantissimum graviter traducebat.

§. LXIX.

*Osiandri Disputationes contra Lutheranos Theologos.*

*Sleid. l. 22.  
 Thu. hist.  
 l. 11.*

Verum haud segnius Lutherani Theologi Osiandrum oppugnabant, ostendentes, ea, quæ de Luthero dixisset, falsa esse, eoquod hic hæresiarcha paucis ante mortem suam Mensibus de Philippi Melanchtonis libro, in quo sacrae scripturæ loci communes pertractantur, fat præclarum, amplumque reliquisset testimonium, ejusque doctrinam approbasset, ut proin, si Osiander Melanchtoni adversaretur, pariter diversa a Luthero sentire convinceretur. Post hæc eidem objectabant, Lutherum plane contraria iis, quæ